

III.

Quas ad Me dedisti, mense O-
 ctobri, anno superiori, Ego
 hoc demum mense Februa-
 rio rectè accepi. Gratissimæ autem
 illæ mihi fuerunt, multis de causis:
 imprimis verò, quòd, cum ob infe-
 licem casum, & desperatam optimi
 Bonnæi nostri valetudinem, mæro-
 re ferè contabescerem, Te in vivis
 adhuc esse, intelligerem. Biennium
 enim est: ex quo nihil de Te, aut re-
 bus Tuis, audivi. Immò Abel noster,
 ex Italia reversus, Illustres Comites
 Ortenburgicos, quos, officii causâ,
 Patavi salutârat, pro certo & con-
 dolenter sibi confirmâsse, retulit,
 quòd in Belgio mortuus esses. Sed
 congratulamini Mihi, amici: fili-
 us meus mortuus est, & revixit.
 Certè, credo, Te in longinquam ter-
 ram, cum filio prodigo, abivisse, ubi
 amicorum, qui Te amant & hono-
 rant,